



D. ANDREAE AB
EXEA, I.V. DOCTORIS

CLARISSIMI

TRACTATUS DE PACTIS

EXACTISSIMUS.



CONTINVA Rubricam, ut per Bart. hic. & in Rub. C. eod. Adverte tamen, dum Bart. utrobiq; videtur præsupponere, quòd in hoc tit. solum tractetur de Pacto gratuito: quia istud videtur esse contra plures leges huius tit. in quibus tractatur etiam de Pacto non gratuito. Salvando Bart. dicas † q, Bart. appellat Pactum gratuitum aptitudine omne illud, quod non est transactio, tanquam aptum natum esse gratuitum, cum ad eius essentiam non sit necesse aliquid dari vel recipi, sicut in transactione. Ideò Dn. Decius in Rubr. C. de transact. dicit, † q, pactum à transactione distinguitur eo, quia pactum est gratuitum, non autem transactio, facit gloss. in l. 1. C. illo tit.

Ex qua declaratione infertur primò, Quòd * licet in jure sit dabile pactum non gratuitum, ut not. Ioh: Baptista in 3. qu. tr. de transact. tamè † ad differentiã transactionis, omne pactum dici potest gratuitum, ex quo aptitudine est gratuitum. Facit optimè, * quia magis attenditur id, quod est in aptitudine: quàm id quod est in actu, l. 1. §. quotid. ubi bon. tex. ad ppositum, ff. de aq. quot. & ast. gl. in ver. estimaretur, in §. in autem, Instit. de leg. aq. Et * nobilius est, habere aliquid aptitudine, & virtualiter, quàm in actu, & formaliter: ut not. Steph. Auffrer. (nihil tamè ad hoc allegans) in rep. Clem. 1. col. 40. de offic. ord. in par. volum. Et hoc maximè procedit, quando aptitudo esset de facili reducibilis ad actum, put in casu nostro: quia * Potentia de facili